

pauci mecum, certo certius compertum habemus, quia haec de For-
 moso non alii referunt, quam nisi qui similitudines et inimicitias
 cum eo habuerunt. Et revera non solum divina, verum etiam hu-
 mana lex praecipit, ut qui iurgia et lites ad invicem habere norun-
 tur, alter eorum adversus alterum testimonium proferre mini-
 me possit. Hinc est, quod Anacletus papa dicit: Accusatores
 autem et testes esse non possunt, qui ante exterminium aut nudius
 tertius diem inimici fuerunt, ne iras nocere cupiant, ac leri
 ulcisci velint. Hinc etiam et Leo papa scripsit, Non inquit
 accusatoribus suspectis vel de inimicorum domo prodeuntibus
 est credendum. Papa quoque Thelesphorus ait: Hi vero, qui inimici mo-
 rantur aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum
 emulatio lacerat innocentes.

¶ Quod humanum iudicium quatuor personis iustitiae comprobatur
 sup. Potestis cum iudicibus ^{pro} Formoso causam dicere velis. Ac-
 cusatores praesto sunt, accede, ut omnis altercationis veritas, luculento
 examine clarescat. Def. Non possumus iustitiae palam optinere
 apud eos, qui testes item sunt, qui et iudices praeque accusatores. Si-
 quidem quatuor personis omne iustissimum consummatur iudicium, accu-
 sati videlicet et accusatoris testium simul et iudicium. Neque enim de le-
 vionibus causis questio ventiletur; Proinde necesse est, ut auctor deo
 congregetur universale concilium, et iustus magni Constantini interii
 regis praesentia; At tunc istiusmodi scandalum sedabitur, et ecclesiae
 pax instaurabitur.

¶ De concilio, quod in Ravennati urbe pro Formoso suaeque or-
 dinatione factum est. sup. Verum in Ravennati urbe congregata synodo an-
 citum est, ut tam Formosus, quam eius ordinatio in suo vigore stabi-
 liter permaneret; quod non sincera concordia, sed avari copia iusti-
 tiae est, ideoque pro nihilo ducendum est. Def. Ut opinor, illud libi con-
 ligis, quod ait psalmus: Foderunt ante faciem meam foveam, et ipse in-
 siderunt in eam. Nunc quod delatis manebat tale quid in illa synodo

1. c. iij. d.

1. d. c. iij. d.